

26 Secundum ergo varios illos, quos gratia in nobis operatur effectus, multipliciter dividitur a Theologis: sed tres precipue divisiones celebres sunt. Prima est in gratiam *prevenientem & subsequenter*, de qua ait S. Thomas hic art. 3. eamque insunt Augustinus & Fulgentius: ille enim in Enchirid. cap. 32, sic ait: *Utrumque legitur in scripturis eloquiis: & misericordia eius prevenit me, & misericordia eius subsequitur me: non volentem prevenit ut velit, volentem subsequitur ne frustra velit.* Ille vero lib. 2. ad Romanos cap. 11. *Prevenit Deus donans homini bonam voluntatem, subsequitur benevolentem, operando in illo boni operis facultatem.* Et rursus: *Prevenit impium ut fiat iustus, subsequitur iustum ne fiat impius; prevenit elisum ut surgat, subsequitur elevatum ne cadat.*

Hac divisio, licet magis proprie conveniat gratia actuali, adaptatur tamen etiam habituali, ut docet S. Thomas articulo citato: cum enim gratia habitualis varios habeat effectus, quorum alii alios precedunt, comparatione precedentium dicitur preveniens, respectu vero subsequen- tium, subsequens appellatur: nam gratia justificans primo sanat animam, secundo dat illi ut bene velit, tertio ut bene operetur, quarto ut perseverare possit in bono, & postremo ut vitam eternam consequatur. Quatenus ergo causat primum effectum, est preveniens respectu secundi, & prout causat secundum, est subsequens respectu primi, & preveniens respectu tertii, & sic de ceteris, usque ad ultimum, quem ut causat, solum est subsequens. Quam doctrinam deprompsit ex Augustino cap. 12. de natura & gratia, ubi sic ait: *Prevenit ut sanemur, qui subsequitur ut regrediamur: prevenit ut vocemur, & subsequitur ut glorificemur: prevenit ut pie vivamus, & subsequitur ut sempiternum cum illo vivamus.*

27 Secunda divisio est in gratiam *excitantem & adjuvantem*, cuius meminit Tridentinum sess. 6. cap. 4. ubi ait: *Per Dei excitantem atque adjuvantem gratiam ad justificationem disponimur.* Et cap. 6. *Disponuntur (adulti) ad justificationem, dum excitati divina gratia & adjuvi, solum ex auditu concipientes, libere merentur in Deum.* Illam etiam insunt SS. Patres: Augustinus enim libro 1. de peccatorum, ait: *Bonam & piam voluntatem, nisi Deo excitante & adjuvante, habere non possumus.* Et Bernardus libro de gratia & libero arbitrio. *Conatus (inquit) nostri casti sunt, si non adjuvantur; & nulli, si non excitentur.*

28 Tertia divisio, & omnium celeberrima, est in gratiam *sufficientem & efficientem*, quae desumitur ex Augustino, de corrupt. & gratia cap. 11. & 12. ubi distinguit duplicem gratiam: unam quae dat posse perseverare, quam asserit Adamo & malis Angelis fuisse concessam: *si enim (inquit) hoc adjuverim vel Angelo, vel homini, cum primum facti sunt, desisset, quoniam non talis natura facta erat ut sine divino adjuvatore posse manere; si vellet, non utique sua culpa cecidissent; adjuverim quippe desisset, sine quo manere non possent: aliam quae dat actu perseverare, quam dicit Adamo fuisse denegatam, daturque nunc Sanctis in regnum Dei per gratiam Dei praedestinationis: primam appellat *Adjuvatorum sine quo*, secundam vero dicit esse *Adjuvatorum quo*.*

29 Haec divisio est omnium controversiarum, quae histerioribus agitantur, veluti fomes ac seminarium: *En sepulchrum ad quem multae constructae sunt naues. En Euripus rapidus in diversis & contrarias partes, verso mari. En velut mare praecipiti declivitate torrens, servens rivis & contentionibus, ut loquitur Mariana lib. 3. de morte & immort. c. 8.*

Quidam gratiam sufficientem ita despicunt, ut eam dicant esse *Monstrum quoddam singulare gratiae*, solummodo peccatis factum, *maiorique damnationi accersenda deserviens.* Alii e, contra gratiae efficaci & victrici adeo insensiti sunt, ut ad ipsius horrentem auditum, & ne eius quidem nomen audire possint: fulminis istius perfrictos credentes, vel horrendo tonitru boatu perterritos, quoties blandissima haec vox gratiae visatrix, auribus eorum infonit; libentissimque victas quam victricis, prostratae quam erectae, & debellatae quam triumphantis gratiae nomen audirent.

30 Utrique certe gratiam divinae irrogant injuriam: quia, ut ait Prosper ad Demetriadem, cap. 7. *Gratia Dei nisi tota suscipitur, tota repellitur: sicut enim alienus est a numero fidelium, & forte sanctorum, qui in aliquo a Catholica veritate dissentit, ita extra gratiam efficitur, qui aliquid de eius plenitudine distinet.* Plenitudo portio illa, pro praesenti humana infirmitatis statu, binas includit praerogativas, quarum una in gratia sufficientia, altera in eius energia, seu efficacia consistit. Quisquis proinde sive de sufficientia, sive de efficacia Christiana gratiae aliquid distinetur, extra gratiam penitus esse convinctur: quia, ut ex Prospero jam addidimus, *Haec tota repellitur, nisi tota suscipitur; unde recte ibidem paulo infra subinfert: Plena ergo & veraciter confidenda est gratia Dei, si multae sufficientia & efficacia eius praedicanda.*

31 Utramque semper Schola Thomistica constant docuit & praedicavit, ac indefesso labore, ab ortu suo, per quatuor secula, non minus fortiter ac generose pro sufficienti, quam pro efficaci gratia de certavit. Haec est doctrina, quam fuxit in suis conabulis ab uberibus Angelicis

Angelici Doctoris, cum qua adolevit & crevit; & cum qua semper gloriose vivet, & vincet, palmaeque instar altius inclinata resurget; nec portae inferi praevalebunt adversus eam.

Plura circa utramque gratiam hic inferenda paraveram, 30 quae ob reverentiam Apollonicae Sedis, strictissime prohibentur ne liberosmodi quaestiones & controversiae typis manderentur, habuisti supprimo, donec ea publicae facultatis concedatur. Haec est tota silentii nostri ratio, & sacrum sigillum.

Sivero (studiosus Lector) completum de gratia Tractatum habere velis, lege quae de divinorum decretorum efficacia & voluntate Dei antecedente & consequente, fute tractavimus; ex principiis enim ibi statutis, facile colligere poteris, quae hic de gratia sufficienti & efficaci desiderantur. Offendimus etiam in nostro Manuali tract. de gratia cap. 10. Ludovicum Montalium in famosis suis ad Provinciale Episcopalis, gratiam sufficientem Thomisticam leviter ac incondite deridere, ipsumque potius esse irrisione dignum, magisque quantum ad hoc se probare Grammaticum quam Theologum: cum modus loquendi Theologorum saepe diversus sit a more loquendi Grammaticorum: quia (ut ait Augustinus lib. 1. contra Cresconium Grammaticum) *Cum res intelligitur, minus laborandum est, quid eam hominibus vocare placeat.*

DISPUTATIO IV.

De Causa Gratiae.

Ad quaestionem 113. Divi Thomae.

DECLARATIO necessitate, natura, & speciebus utriusque gratiae, habitualis scilicet & actualis, sequitur dicendum de causis eius: praecipua autem difficultas est de causa efficiente, & dispositiva gratiae habitualis, quae est primum analogatum sub hoc nomine gratia, unde de his tantum causis hic agemus.

ARTICULUS I.

Utrum solus Deus possit esse causa principalis gratiae habitualis?

PARTEM negativam tenent Medina 3. parte q. 13. dubio ultimo, & Cabrera ibidem disp. 3. ubi docent humanitatem Christi, seu Christum in quantum hominem, esse causam principalem gratiae sanctificantis in omnibus iustis; secundariam tamen, & Deo subordinatam. Sed pro contraria, & ab omnibus fere receptae sententiae defensione, sit.

§. I.

Vera sententia statuatur.

DEICO igitur, nullam creaturam, quantumcumque perfectam, ne quidem Christum, in quantum hominem, posse esse causam principalem gratiae sanctificantis. Ita D. Thomas hic art. 2. in corp. & resp. ad t. ubi ait: *Humanitas Christi est sicut quoddam organum Divinitatis eius... & ideo non causat gratiam propria virtute, sed ut instrumentum, virtute Divinitatis adiuncta.*

Probat primo conclusio: Scriptura & SS. Patres attribunt Deo ut ipsi homines, iustificare homines, & a peccato mundare: Sed homines iustificatur, & a peccato mundantur per gratiam sanctificantem: Ergo productio gratiae soli Deo ut causam principali tribui potest. Minor patet: Major vero probatur ex illo Job 14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nome tu qui solus es? & ex illo Isaie 43. Ego sum ipse qui deos iustificatus.* Item ex illo ad Rom. 8. *Deus est qui iustificat, quis est qui condemnat?* Quibus verbis aperte declaratur, nullam creaturam posse principaliter mundare aut iustificare hominem, sed id esse Deo proprium & singulare. Quare Augustinus lib. de peccat. meritis cap. 14. ait: *Si quis dicere potest, ego iustifico te, & tamen dicere potest, crede in me. Unde concludit, quod sciam non est credendum nisi in solum Deum, ita nulla creatura, sed solus Deus iustificari potest.*

Neque valet, si dicas, illa testimonia intelligenda esse de causa principali quae prima fit ac proinde independens a superioris concursu; non tamen de principali secundaria. Non valet, inquam: cum enim proprium fit Deo esse causam primam, & independentem ab alia superiori, non tantum respectu divinae gratiae, sed etiam per ordinem ad quantumcumque effectum, nihil locis citatis assereret Scriptura, quod esset speciale productioni ipsius gratiae.

Probatur secundo: Qui principaliter causat gratiam, 3 dat etiam ut causa principalis Spiritum Sanctum: Sed nulla creatura, neque etiam Christus, in quantum homo, habet

habet potestatem physicam & principalem ad dandum Spiritum Sanctum: Ergo neque ad infundendam gratiam. Major patet, nam in ipsa collatione gratiae & caritatis datur Spiritus Sanctus; iuxta illud ad Rom. 5. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis:* Minor vero fundetur primo ex D. Thoma 3. p. q. 8. art. 1. ubi sic ait: *Dare gratiam, aut Spiritum Sanctum, convenit Christo secundum quod est Deus auctoritarius, sed instrumentaliter convenit etiam ei, secundum quod est homo, in quantum scilicet eius humanitas instrumentum fuit Divinitatis eius.* Quam doctrinam hausit ex August. lib. 1. de Trinit. cap. 12. ubi distinguit plura quae Christo conveniunt quatenus Deus est & quatenus est homo; inter alia vero docet Christum secundum formam Dei Joann. 16. Apostolis de Spiritu Sancto, ad illos post suam ascensionem mittendo, dixisse: *si autem abiero, mittam illum ad vos; secundum formam vero servi, quatenus scilicet erat filius hominis, dixisse Joann. 14. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabo vobis: quo significat se ut hominem non posse principaliter ex sua auctoritate dare Apostolis Spiritum Sanctum, sed quatenus est homo, debere ipsum precibus a Deo obtinere.*

4 Confirmatur ex Cyrillo lib. 11. in Joann. cap. 35. ubi docet, ideo dictum fuisse Numerorum 11. Deum accepisse de spiritu Moyse, & desisse Septuaginta Senioribus, ut significaretur nullam preter Deum posse principaliter dare Spiritum sanctificantem: Ergo nulla creatura, nec etiam Christus, in quantum homo, habet potestatem physicam & principalem ad dandum Spiritum Sanctum.

5 Ratio etiam id suadet. Oportet enim donum esse quodammodo ipsius dantis, vel per identitatem, vel per originem vel per possessionem, ut docet D. Thomas 1. part. quest. 38. art. 1. ad 1. Sed nullo istorum modorum potest Spiritus Sanctus esse Christi, in quantum hominis, multo minus alicujus pura creatura: Ergo nec Christus ut homo, nec aliqua creatura, potest dare principaliter Spiritum Sanctum.

6 Probatur tertio conclusio: Per gratiam habitualemente ad optantur in filios Dei: sed nulla creatura, nec etiam Christus, in quantum homo, potest principaliter nos ad optare in filios Dei: Ergo neque nobis tribuere gratiam. Major patet ex dictis toto art. 5. disp. 2. Minor probatur. Adoptare in filium soli illi convenit, qui habet naturam, quae est principium quo generationis naturalis; cum filius adoptivus substituitur loco filii naturalis: Sed humanitas Christi non est natura, quae fit principium quo generandi filium naturalem Dei: Ergo Christus ut homo nequit principaliter nos adoptare in filios Dei.

7 Confirmatur: Ille solum potest adoptare in filium, qui conaturaliter habet jus ad hereditatem: Sed nec Christus ut homo, neque alia pura creatura habet conaturaliter jus ad visionem beatam, quae est Dei hereditas; cum visio beatifica nulli rei create vel creabilis possit esse conaturalis, ut in Tractatu de visione beata ostensum fuit disp. 1. art. 1. Ergo idem quod prius.

8 Confirmatur amplius: In hoc differt adoptio divina ab humana, quod illa fit per solum acceptationem, extrinsecam ad hereditatem patris adoptantis; illa vero per intrinsecam adoptati mutationem, ut docet D. Thom. 3. p. quest. 23. art. 1. in corp. his verbis: *Haec autem plus habet adoptio divina quam humana, quod Deus hominem quem adoptat, idoneum facit per gratiam minus ad hereditatem caelestem percipiendam; homo autem non facit idoneum eum quem adoptat, sed potius eum iam idoneum eligit adoptando: At nulla creatura potest physice immutare animam aut voluntatem hominis, sed ideo Deo proprium est ac singulare, cum ipse solum possit intra terminos ejus illabi, & in finem ejus intrare; juxta illud Ezechiel. 44. *Porta haec clausa erit, & non transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam: Ergo nulla creatura, nec etiam Christus, in quantum homo potest principaliter nos adoptare in filios Dei.**

9 Quarto probatur conclusio: Si possibilis esset creatura, quae gratiam sanctificantem principaliter physice produceret, vel id praestaret eam creando, vel ex potentia obedientialis animae educendo? Neutrum dici potest: Ergo & Major patet: produci enim non potest gratia, nisi vel ex nihilo per creationem, vel per educationem ex potentia, non naturali, sed obedientialis sui subjecti. Minor vero probatur in primis quoad creationem: quia cum creatio sit productio entis ex nihilo, atque adeo entis quae ens est, necesse est quod ille qui est causa principalis creationis, habeat dominium supra ens producibile, ut sic, atque adeo quod sit dominus omnis entitatis producibilis; quod tamen repugnat manifeste convenire alicui creaturae. Secundo quoad educationem de potentia obedientialis animae, probatur eadem Minor. Sicut qui educit principaliter aliquid de potentia naturali subjecti, habet eo ipso dominium supra talem potentiam; ita qui educit aliquid de potentia obedientialis, debet similiter habere dominium in talem potentiam: Atqui potentia obedientialis, cum

fit ea quam habet qualibet creatura ad obediendum Deo, in omnibus quae non implicat contradictionem, domino creaturae subdi non potest: Ergo nulla creatura potest ut causa principalis educere gratiam sanctificantem ex potentia obedientiali anima.

Denique suaderi potest conclusio ratione D. Thoma hic 10 artic. 1. Causa principalis debet esse majoris, vel saltem aequalis perfectionis cum suo effectu: Sed nulla creatura potest superare vel adaequare in perfectione gratiam sanctificantem; cum enim illa sit formalis ac physica natura divina, ut infinita est, & ens per essentiam, & quatenus totam essendi plenitudinem continet, participatio, superat in perfectione essentiali omnem substantiam creatam & creabilem, ut supra ostensum est disp. 2. art. 4. Ergo nulla potest dari creatura quae sit causa principalis gratiae sanctificantis.

Confirmatur: Producere gratiam in anima, est animam 11 delicare, communicando ipsi physicum naturae divinae confortium: Sed delicare est solius Dei per modum causae principalis, sicut ignire per modum causae principalis est solius ignis, vel alterius continentis emittente naturam ignis, puta Solis: Ergo solius Dei est, gratiam sanctificantem per modum causae principalis producere.

Dices, hanc rationem probare quidem, nullam creaturam per virtutem sibi connaturalem posse principaliter producere gratiam, non tamen convincere, id non posse praestare per qualitatem aliquam sibi superadditam.

Sed contra: Qualitas illa, vel esset gratia in tali creatura existens, vel aliqua alia qualitas a gratia distincta? Neutrum dici potest: Ergo non valet instantia. Probat Minor in primis quoad secundum: quia omnis alia qualitas supernaturalis, distincta a gratia, secundum suam speciem, est multo imperfectior ipsa gratia producta; cum gratia sit formalis participatio divinae naturae per modum naturae: quod autem est formale principium producendi principaliter aliquem effectum, non debet esse imperfectius ipso effectu: Ergo qualitas illa superaddita non potest esse principium producendi principaliter gratiam. Probatur etiam Minor quoad primum: quia gratia non est qualitas productiva sui similis; alias unus Angelus, vel anima in gratia constituta, posset producere similem gratiam, alicujus habitus supernaturalis in aliis, eoque sanctificare, quod nullus dicere audeat. Et ratio hujus videtur esse: quia gratia non est forma immediate activa, sed mediate solum, mediantibus scilicet virtutibus supernaturalibus, quae se habent veluti ejus potentiae & proprietates: At mediis virtutibus supernaturalibus non potest gratia producere aliam gratiam; nam vel illam produceret in eodem subiecto in quo ipsa est; & hoc non potest dici, quia alias duo accidentia solo numero distincta essent in eodem subiecto, vel in alio subiecto; & hoc etiam affirmari nequit, quia virtutes supernaturales (idem dicendum de quolibet alio habitu) non agunt in exteriori subiectum, quandoquidem agant per actiones immanentes; Ergo, &c.

Ex his inferes, nullam creaturam esse posse causam 13 efficientem principalem virtutum supernaturalium. Nihil enim potest esse causa principalis proprietatum, quod non sit causa principalis formae ad quam consequuntur: Sed virtutes supernaturales comparantur ad gratiam, veluti proprietates ad essentiam, ut docet Divus Thomas supra quest. 110. art. 4. ad 1. Ergo nihil potest esse causa efficiens principalis illarum, quod non sit causa principalis gratiae. At hujus (subtumo) nulla datur, nec dari potest causa principalis, nisi Deus, ut ostensum est. Ergo nec virtutum supernaturalium. Unde virtus ista sic ab Augustino dehnitur: *Virtus est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, & nemo male utitur. & quomodo Deus in nobis sine nobis operatur.* Quibus verbis aperte declarat virtutes infusas, Theologicas, vel Morales, a solo Deo esse, & a nobis solum meritorie & dispositive produci.

Dices: Per actus naturales homo effective causat virtutes acquiritas: Ergo pariter per actus supernaturales fidei, spei, & caritatis, virtutes illas supernaturales effective attingit, & non solum meritorie & dispositive.

Respondeo, concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem: duplex enim assignari potest ratio discriminis. Prima est, quia actus naturalis, ut subordinatus potentiae naturali, adaequat vel excedit in perfectione ipsum habitum acquiritum; non autem actus supernaturalis, etiam ut subordinatus potentiae habenti auxilium supernaturale, habitum infusum. Secunda est, quia habitus supernaturales plus habent de ratione potentiae, quam de ratione habitus, cum non solum dent facultas, sed simpliciter posse operari: actus autem secundus nullquam esse effectivum illius actus primi, qui dat simpliciter posse, ut patet inductione in naturalibus: actus enim visionis nec producit nec intendit potentiam visivam, nec actus intellectus nec intendit potentiam intellectivam; quia actus secundus ex sua intrinseca ratione supponit potentiam; nec actus supernaturales, nec producant, nec intendunt effective habitus

bitus supernaturales, sed tantum meritoe & dispositive ad eorum productionem vel intentionem concurrant.

§. II.

Solvantur objectiones.

- 15. Objiciant in primis Adversarii plura Scripturae testimonia, quibus insinuari videtur, Christum, ut est homo, esse causam physicam principalem nostrae gratiae: dicitur enim Joann. 1. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Ubi teste D. Thoma ibi lect. 10. praefert Evangelista Christum Moysi, non solum quoad excellentiam operam, quia videlicet per Moysen data est lex, per Christum vero gratia & veritas: sed etiam quantum ad modum operandi, quia lex data est per Moysen, sicut per proponendum, gratia autem & veritas facta est per Christum, sicut per Dominum & Auctorem. Item Joann. 10. Christus dicebat: *Ego sum os, per me si quis intraverit, salvabitur: in ostio vero importatur principalis auctoritas, ut ait D. Thomas 3. p. q. 8. art. 6. ad 3. Unde idem S. Doctor in 4. dist. 5. qu. 2. art. 2. quaestiu. 2. sic habet: Agens principale baptizando est ipse Deus per auctoritatem, & ipse Christus secundum quod homo.*
- 16. Respondeo Christum respectu gratiae, duplicem habuisse potestatem, ut docet S. Thomas 3. part. quaest. 64. art. 3. & 4. unam auctoritatis, seu principalis agentis, quae ei convenit, quatenus est Deus, aliam excellentiae, seu ministris principalis, quae ei competit ut est homo, in quantum ejus humanitas est instrumentum conjunctum Divinitati in persona, ob quam principalitatem docet Sanctus Doctor art. 4. citato, posse potestatem excellentiae nominari auctoritatem. Si ergo loca Scripturae citata velimus intelligere de potestate auctoritatis, seu principalis agentis, dicendum est ea loqui de Christo non ut homine, sed ut Deo; seu de filio hominis, non ratione naturae, sed ratione personae, cui, cum sit Divina, & Deus, convenit esse causam principalem gratiae. Si vero quis contendat haec similia Scripturae testimonia de Christo ut homine, & de filio hominis, ratione naturae, esse intelligenda, exponenda erunt de potestate excellentiae, quae auctoritas etiam appellatur, non quidem agentis principalis, sed instrumenti conjuncti, quod principalitatem quandam habet respectu instrumentorum separatorum.
- 17. Ad auctoritatem vero D. Thomae desumptam ex lib. 4. sententiarum, dicendum est S. Doctorem ibi non asserere, Christum esse agens principale physicam gratiae, sed duntaxat morale, quatenus est causa principalis meritoria gratiae, unde ibidem subdit: *Causa meritoria operatur in baptismo.* Et infra dist. 19. quaest. 1. art. 1. quaestiu. 2. sic habet: *Potestas illam in Christo est sicut in per se agente ad salutem nostram, per auctoritatem quidem, in quantum est Deus, sed per meritum, in quantum est homo. Et ideo dicitur quod habet speciem excellentiae.*
- 18. Objicies secundo: Causa quae est in actu per formam nobiliorem effectum per eam productum, est principalis respectu illius: Sed Christi humanitas est in actu ad producendam gratiam nostram, per formam nobiliorem illa: Ergo est causa principalis nostrae gratiae. Major constat: Minor probatur. Christi humanitas est in actu ad producendam nostram gratiam, per ipsam gratiam habitalem; cum per ipsam constituitur caput hominum, & capitis sit in membra influere: Sed gratia Christi est longe nobilior nostra: Ergo humanitas Christi est in actu ad producendam gratiam nostram, per formam nobiliorem illa.
- 19. Respondeo negando Minorem; ad cujus probationem, distinguo Majorem: Est in actu per suam gratiam, secundum de & formaliter sumptam, nego Majorem: ut determinatam, per aliquam virtutem ei fuderadditam, concedo Majorem & Minorem, & nego Consequentiam. Explicatur solutio: Gratia Christi non est de se operativa, & productiva nostrae gratiae, sed solum per virtutem instrumentalem ei fuderadditam, quae imperfectior est gratia ipsa tam Christi quam nostra; & propter hanc virtutem habet quod sit gratia capitalis influens in membra: ut autem Christi humanitas esset causa principalis physica nostrae gratiae, esset necesse quod de se esset productiva gratiae, vel quod virtus activa ei fuderaddita ad illius productionem, esset saltem aequae nobilis ac nostra gratia: de quo plura dicemus in Tractatu de Incarnatione.
- 20. Objicies tertio: Qui causat principaliter ultimam dispositionem ad aliquam formam, ipsam quoque formam principaliter producit, v.g. qui producit principaliter calorem ut octo, inducit principaliter formam ignis: Sed homo principaliter efficit actus contritionis & caritatis, quae sunt ultima dispositiones ad gratiam sanctificantem: Ergo est causa principalis illius.
- 21. Respondeo agens quod ultimam dispositionem ad aliquam formam principaliter producit, ipsam quoque formam producere quando illa forma resultat ex tali dispositione, & de potentia naturali subiecti educitur: sic enim in naturalibus, quia forma ignis resultat ex positione ul-

tima dispositionis, & de potentia naturali signi educitur; agens attingens per alterationem ultimam dispositionem, attingit etiam secundario ordine, executione ipsam formam, est causa principalis illius. Quando vero forma non resultat ex ultima dispositione, nec educitur de potentia naturali, sed obedientialiter subiecti existant (ut patet in speciebus Eucharisticis) ita potest illa independentem a subiecto producere: hic tamen modus productionis non est ipsi conaturalis, sed praternaturalis; & miraculosus. His praemissis.

1. Circa propositam difficultatem triplex versatur sententia. Prima docet gratiam sanctificantem immediate a Deo creari. Ita Alensis, Scotus, D. Bonaventura, Durandus, Vega; & ex Thomistis Paludanus, & Capreolus. Secunda, quae est Ferraricensis, Soti, & Choquetii, asserit gratiam habitalem non creari absolute, sed concreari ad creationem hominis grati, five ipsi. Tertia, quae est communior in Schola D. Thomae, affirmat illam de potentia obedientialiter a Deo creari. Pro qua.

Dico breviter: Gratia sanctificans neque proprie creatur, neque concreatur, sed de potentia obedientialiter animae educitur.

2. Prima pars hujus conclusionis probatur primo ex D. Thoma, infra q. 113. art. 9. ubi quaerit, an sit majus opus Dei, creatio mundi, quam justificatio impii; & sub distinctione respondet, dicens quod ex parte modi operandi est majus opus creatio, quam justificatio, cum illa sit ex nihilo, non ista: sed ex magnitudine rei quae fit, majus opus est impii justificatio, quam calis & terrae creatio: Sed haec differentia nulla est, si gratia per creationem produceretur: Ergo juxta D. Thomam gratia sanctificans non creatur.

3. Confirmatur: Nulla creatura, in sententia D. Thomae, potest etiam instrumentaliter creari, ut patet ex 1. p. q. 45. art. 5. Atqui ex eodem S. Doctore hic art. 1. ad 1. & 2. & 3. p. q. 62. art. 1. Humanitas Christi, & Sacramenta instrumentaliter concurrunt ad gratiam producendam: Ergo illa non creatur.

4. Probatur secundo eadem pars ratione Cajetani. Gratia quando desinit esse, non annihilatur: Ergo neque quando produceretur, creatur. Antecedens est certum; tum quia ut docet D. Thomas 1. q. 104. art. 4. annihilatio non intervenit de facto in operibus gratiae: tum etiam quia gratia destruitur praesertim ex vi separationis a subiecto; separatio autem a subiecto non est annihilatio, cum maneat subiectum. Consequentia vero probatur: Ex communi Philo-
sophorum sententia, inceptio & desinitio rei alicujus sibi correspondent, ita ut quod incipit per generationem, desinat per corruptionem; & quod desinit per corruptionem, incipiat per generationem; & similiter quod incipit per creationem, desinat per annihilationem, & e contra: Ergo si gratia non desinat per annihilationem, siquam manifestum est, eam non produci per creationem.

5. Probatur tertio eadem pars ratione fundamentali. Ideo intelligimus animam rationalem creari, quia per eandem actionem qua produceretur in corpore, possit produci extra corpus separatim; & quia illi naturale est quod existat separata a corpore; cum non solum sit informans, sed etiam per se subsistens: At cum gratia sanctificans sit essentialiter accidens, subindeque non sit per se subsistens, sed tantum inexistens, neutrum illi convenit, id est nec potest produci extra animam, nec existere sine subiecto, saltem conaturaliter: Ergo illa non creatur.

6. Quod vero etiam non concreatur, facile potest ostendi. Sicut enim ad hoc ut aliquid congeneretur, requiritur ut fiat ad productionem alterius quod proprie generatur, ita ad hoc ut aliquid concreatur, necesse est quod produceretur ad productionem alterius quod proprie creatur: Sed quando gratia produceretur, nihil proprie creatur, ad cujus creationem dicitur gratia concreari: Ergo gratia non concreatur. Major constat, Minor probatur. Quando enim produceretur gratia, homo non proprie creatur, quantum ad suam substantiam, ut patet: neque quantum ad esse accidentale gratiae, quod habet formaliter a gratia; tum quia incipit habere hoc esse per mutationem quandam, qua de non grato fit gratus; & tamen creatio non est mutatio, tum etiam quia homo quantum ad situm esse, non minus pendet in fieri a subiecto ut a causa materiali, quam ipsamet gratia.

7. Confirmatur: Ideo intellectus & voluntas sunt per con-creationem, quia cum sint proprietates animae rationalis, sunt per eandem actionem per quam ipsa produceretur: Atqui gratia sanctificans, cum non sit proprietates animae, sed accidens ipsi indebitum, non fit per eandem actionem per quam anima produceretur, sed per diversam: Ergo non potest dici concreari a Deo ad creationem subiecti.

8. Haec ratio probat non solum gratiam, quae nobis in justificatione inhiungitur, sed etiam quae Angelis & prius Parentibus in primo creationis instanti collata fuit, non fuisse concreatam: quia licet illi non fuerint prius producti & existentes, quam gratia infunderetur, sed gratia naturam ipsorum comitata sit, juxta illud Augustini, *Erst Deus in Angelis condens naturam, & largiens gratiam*; illa *Thom. Goner, Tom. IV.*

ARTICULUS II.

Utrum gratia creatur, vel de potentia obedientialis animae educatur?

§. I.

Quibusdam praemissis, difficultas resolvitur.

Suppono primo ex Philosophia, hoc inter creationem & educationem reperiri discrimen, quod creatio est productio entis ex nihilo, five ex nullo praesupposito subiecto; educio vero est productio formae dependenter a subiecto; & transmutativa illius.

Suppono secundo, dupliciter aliquam formam educi de potentia subiecti, primo de potentia naturali ipsius; secundo de potentia obedientialiter: inter quas potentias istud est discrimen, quod licet utraque sit potentia passiva, tamen naturalis dicitur ordinem ad agens naturale, obedientialis vero respicit agens supernaturale cui subducitur.

Suppono tertio hic nos loqui de conaturali productione gratiae, id est, de illa productione quam ex natura sua

tamen cum non fuerit propria passio, fluens ab ipsorum essentia, & a naturalibus ipsorum principis, non fuit producta per eandem actionem, qua ipsorum natura condita est, sed per diversam.

Ex his probata manet tertia pars: si enim gratia non creatur, vel concreatur, debet educi ex aliqua potentia. Nam cum creatio & educio contradictorie opponantur (creari enim est fieri ex nihilo, five ex non praesupposito subiecto; educi vero e contra est non fieri ex nihilo, sed ex subiecto praesupposito) inter illas actiones non datur medium: Sed gratia non potest educi de potentia naturali aut violenta sui subiecti, scilicet animae, cum non sit ei conaturalis, vel repugnans: Ergo de potentia obedientialiter anima educitur.

Confirmatur: Educui est fieri dependenter a subiecto: Sed gratia in suo fieri conaturaliter dependet a subiecto: Ergo educitur. Minor probatur: Productio rei alicujus, si sit ei conaturalis, debet esse proportionata modo essendi illius. Sed gratia, cum sit accidens, in modo essendi conaturaliter dependet a subiecto: Ergo etiam conaturaliter ab illo dependet in fieri.

Confirmatur amplius: Ideo anima rationalis, non pendet in esse & fieri a corpore, subindeque non fit per educationem, sed per creationem, quia sine miraculo conservatur separata a corpore. Atqui gratia non potest conservari extra animam, sine ingenti miraculo, simili illi quo in sacramento Eucharistiae accidentia panis & vini sine subiecto conservantur: Ergo gratia conaturaliter dependet in esse & fieri a subiecto; & per consequens non potest creari, sed per educationem produceretur. Unde S. Thomas q. unica de virtutibus in communi art. 10. ad 13. agens de virtutibus inferioribus, docet eas educi de potentia obedientialiter animae: eadem autem est ratio de gratia habituali, ac de illis virtutibus, cum illis sint ipsius gratiae veluti proprietates, & simul cum ea anime infundantur.

§. II.

Solvantur objectiones.

Contra primam partem conclusionis objicies primo, 43. Scripturam multis in locis clare docere quod gratia creatur: Psalmo enim 50. David petens gratiam sibi a Deo donari, ait: *Cor mundum crea in me Deus.* Et ad Galat. 6. iustus dicitur *Novus creatura.* Item ad Ephes. 2. fideles dicuntur *Creari in Christo Jesu, & c.* 4. *Induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis:* quae omnia explicari non possunt, nisi dicamus gratiam revera creari.

Respondeo cum D. Thoma supra q. 110. art. 2. ad 3. quod gratia in Scripturis Sacris dicitur creari, non quia secundum suum esse naturalem & physicum produceretur ex nihilo quod importat vera creatio; sed quia infunditur a Deo, nullis nostris meritis precedentibus, quod habet quandam similitudinem creationis, potestque creatio moralis appellari. Adde quod etiam in Scriptura homo iustus dicitur per gratiam generari, juxta illud Pauli 1. ad Corinth. 4. *In Christo Jesu per Evangelium ego vni generi;* & illud Petri: *Sicut vno generi infantes;* omnis autem generatio, dempta humana, fit per formam educationem, non vero per ipsius creationem.

Objicies secundo: Actio per quam produceretur gratia sanctificans, debet esse omnium praestantissima, cum talis qualitas in nobilitate & perfectione quaequam rem creatam vel creabilem excedat, ut disp. precedenti art. 4. ostendimus: Sed creatio multo nobilior est educatione: Ergo gratia sanctificans non educitur, sed creatur.

Confirmatur: Anima rationalis produceretur per creationem: Ergo & gratia, quae anima rationali perfectior est, cum sit ordinis naturalis, illa vero supernaturalis.

Ad objectionem respondeo, actionem per quam Deus producit gratiam, debere quidem esse praestantissimam; sed accommodatam conditioni ejus: creationem autem non esse productionem, quae sit accommodata conditioni naturali gratiae, sed solum educationem; nam cum gratia sit accidens, atque adeo non sit naturaliter per se subsistens, dependet in suo esse & fieri a suo subiecto, & consequenter ex potentia ejus, non quidem naturali, sed obedientialiter, educitur, si conaturaliter produceretur: unde praesentia productionis ejus supra productiones aliarum formarum ipsi inferiorum, per hoc sufficienter salvatur, quod nulla sit creatura, in cujus virtute activa principaliter concurrente, vel in cujus potentia passiva naturali praecurrentur.

Ad confirmationem, concesso Antecedente, negatur 46. consequentia & paritas: Ratio discriminis est, quia licet gratia sanctificans sit perfectior, quoad ordinem & speciem suam, anima rationali, est tamen ea imperfectior quoad modum essendi: quia cum sit accidens, dependet conaturaliter in suo esse & fieri a suo subiecto: anima vero, cum sit forma, non accidentalis, sed substantialis, & per se subsistens, non dicit talem dependentiam a corpore, ac proinde non est mirum quod ex illo non educatur.

47 **Obijces** tertio: Illud incipit per creationem, quod definit per annihilationem: Sed gratia definit per annihilationem: Ergo incipit per creationem. Major patet ex supra dictis. Minor probatur ex D. Thom. in 2. dist. 26. q. unica art. 2. ad 5. ubi expresse dicit, quod cum gratia corrumpitur, simul etiam in nihilum redit.

48 **Respondeo**, concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem dicendum cum Conrado supra q. 110. art. 2. ad 3. D. Thomam in illo loco non sumere nomen annihilationis strictè, prout distinguitur ab omni corruptione, sed pro ipsa corruptione formæ, quæ totum suum esse amittit, ita ut nulla pars ejus in se remaneat, sed tantum in potentia subjecti: sic enim idem S. Doct. in 4. dist. 11. q. 1. art. 2. ad 1. dicit in mutationibus naturalibus formam corrupti annihilari, nisi (inquit) quatenus manet in potentia in suo subjecto.

49 **Obijces** quarto contra tertiam partem conclusionis: Educit de potentia subjecti, aliquid speciale denotat: & diversum ab inhæstione & receptione formæ in subjecto: Sed nulla alia dependentia reperitur in gratia sanctificante, respectu anime, nisi quod ipsi inhæret, & in ea ut in subjecto recipitur: Ergo ex illa non educitur. Major probatur: tum quia anima rationalis recipitur in materia, & tamen ex ipsa non educitur: tum etiam quia productio formæ in subjecto, potest quidem appellari inductio, non tamen educitio, cum particula ex aliquid speciale denotet, ab inhærentis, vel receptione, aut sustentatione distinctum.

50 **Respondeo** ad educationem formæ vel accidentis non sufficere quod inhæret subjecto, aut in ipso recipitur, sed insuper requiri quod talis forma, media inhærentia, vel receptione ejus in subjecto, recipiat esse: unde anima rationalis, licet recipitur in materia, ab ipsa tamen non educitur, quia existit independentem ab illa, propriaque gaudet existentia & subsistentia; e contra vero cum gratia sanctificans, utpote essentialiter accedens, recipiat connaturaliter suum esse, media inhærentia ejus in anima, ejus productio, inductio simul & educitio dici debet; inductio, quia productum cum inhæstione; educitio, quia dependit per particulam ex denotatur.

51 **Obijces** quinto: Ut aliqua forma educatur ex subjecto, requiritur quod fiat per actionem transmutativam illius: Sed gratia sanctificans (ea scilicet quæ Angelis & primis parentibus in ipso creationis momento collata fuit) non potuit fieri per actionem transmutativam subjecti: Ergo nec ab illo educi. Major docetur communiter a nostris Thomistis in 2. phisic. Minor autem videtur manifesta: Ad transmutationem enim subjecti requiritur quod illud præcedat formam prioritate temporis, vel saltem instantis; & in tali priori sub ejus privatione existat: Sed subjectum gratiæ Angelorum & primorum parentum non præcessit in aliquo instanti privatum hujusmodi formam; cum illam primo creationis momento receperint, & simul fuerit Deus in Angelis condens naturam, & largiens gratiam, ut supra ex Augustino vidimus: Ergo talis gratia per actionem subjecti transmutativam facta non est, nec per consequens educita, vel concreata.

51 **Respondeo**, concessa Majori, negando Minorem: ad cuius probationem dicendum, quod licet ad actualem subjecti transmutationem requiratur, quod illud præcesserit in aliquo instanti, seu priori in quo, privatum forma quam recipit, ut tamen actio productiva formæ sit quantum est ex se transmutativa subjecti, sufficit quod sit distincta ab ea qua subjectum producitur, & non habeat inviolabilem nexum cum illa; ut docent nostri Thomistæ loco citato, ubi agunt de educatione formarum: actio autem qua gratia Angelis & primis parentibus in ipso creationis momento collata fuit, habuit duas illas conditiones; fuit enim distincta ab actione qua Angeli & primi parentes a Deo producti sunt, & cum ea non habuit inviolabilem nexum; cum gratia sanctificans a substantia Angelorum & primorum parentum per modum proprietatis non dimanaverit; unde fuit producta per actionem de se transmutativam subjecti (quod ad educationem sufficit) quamvis per accidens illud actu & de facto non transmutaverit, quia per accidens in eodem momento, quo illud conditum est, gratia producta fuit, & sic non præcessit in aliquo instanti sub privatione illius.

52 **Obijces** ultimo: Si gratia educeretur de potentia obedientialis subjecti, educeretur etiam de potentia naturali: Sed hoc dici nequit, cum gratia sit qualitas ordinis supernaturalis: Ergo nec illud. Sequela probatur: Potentia obedientialis est ipsa entitas naturalis rei: Ergo si gratia educatur de potentia obedientiali subjecti, educetur etiam de potentia naturali.

53 **Respondeo** negando sequelam Majoris. Ad cuius probationem dico potentiam obedientialem non esse præcise entitatem naturalem anime, sed ipsam anime entitatem ut dicentem respectum ad actum, & potentiam activam supernaturalem: quare potentia hæc obedientialis passiva, neque est simpliciter naturalis, neque simpliciter supernaturalis, sed quid medium inter potentiam passivam

naturalem & supernaturalem, in aliquo conveniens, & in alio differens ab utraque: habet enim duo, unum quod sit innata anime secundum suam naturam; alterum quod respiciat actum supernaturalem, ad quem non potest reduci per potentiam activam naturalem, sed solum per supernaturalem; in primo convenit cum potentia naturali, & differt a supernaturali, & contra in secundo convenit cum supernaturali, & differt a naturali.

Dices: Non datur medium inter ens naturale & supernaturale, sicut non datur medium inter excedens & non excedens ordinem nature, quia sunt contradictoria: Ergo non datur potentia passiva in rebus creatis, quæ neque sit naturalis, neque supernaturalis, sed media inter utramque.

Respondetur hæc instantia solum probari, quod potentia obedientialis, præcise quoad suam entitatem considerata, sit naturalis, vel supernaturalis, non vero quod sit simpliciter in ratione potentie passivæ naturalis, vel supernaturalis: ratio enim potentie passivæ non consistit in entitate subjecti, absolute sumpta, sed prout importat ordinem ad actum recipiendum, & ad potentiam activam: subindeque ut dicatur simpliciter naturalis, non satis est quod ejus entitas sit naturalis, sed etiam requiritur quod respiciat actum, & potentiam activam naturalem, potentia autem obedientialis passiva, de qua loquimur, respicit actum & potentiam activam supernaturalem.

Instabis adhuc: Si potentia obedientialis non sit supernaturalis, anima rationis illius non erit ejusdem ordinis cum gratia, utpote simpliciter supernaturali; ac proinde non erit causa materialis ipsius.

Sed nego consequentiam, in causa enim materialis non requiritur æqualis perfectio cum effectu, sed minor sufficit; quodquidem ejus causalitas non consistit in hoc quod tribuat perfectionem effectui, sed potius in eo quod ab illo perficiatur & actuatur.

ARTICULUS III.

Utrum ad gratiam sanctificantem requiratur aliqua dispositio, illaque sit physica, & ex natura rei, vel duntaxat moralis, & ex divina institutione?

§. I.

Quibusnam præmissis utraque difficultas resolvitur.

Notandum primo, duo genera dispositionum solere distingui a Philosophis, quedam dicuntur remotæ, vel antecedentes, quæ formam tempore præcedere solent, & ab illa possunt separari: alie vero vocantur proximæ, seu concomitantes, quia formam semper concomitantur, & ab ea sunt inseparabiles: v. g. calor ut duo est dispositio remota, & antecedens formam ignis: calor vero ut octo, qui est proprietas fluens ab ejus essentia; dicitur dispositio illam concomitans.

Notandum secundo, eorum qui gratiam sanctificantem recipiunt, alios esse adultos, habentes usum rationis & libertatis; alios parvulos, usu rationis & liberi arbitrii carentes, quibus in sacramento Baptismi infunduntur gratia & virtutes supernaturales, quæ ab ipsa ut proprietates dimanant. His præmissis

Dico primo, ad gratiam habituellem requiri aliquas dispositiones ex parte recipientis, nimirum motus liberi arbitrii, in adultis; in parvulis vero virtutes infusæ, tam theologicas, quam morales, quæ cum ipsam semper comitentur, & ab ea sunt inseparabiles dispositiones ejus concomitantes dici possunt.

Hæc conclusio, quantum ad adultos, est certa de fide, definita in Tridentino contra Lutheranos & Calvinistas sess. 6. cap. 6. his verbis: *Disponuntur autem (adulti) ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, atque ad ipsam fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum.* Et infra inter alias dispositiones ad gratiam requisitas, actus fidei, spei, & penitentis recentis. Item can. 9. Anathema dicitur ei qui dixerit, sola fide impium justificari, & nulla ex parte necesse esse, eum suæ voluntatis motu preparari, atque disponi.

Favent etiam Scriptura, & SS. Patres. Nam 1. Regum 61 7. dicitur: *Preparate corda vestra Domino.* Et Eccles. 2. *Qui timeat Dominum, preparabitur corda sua.* Item SS. Patres passim affirmant debere hominem in animo suo auditum patefacere divine gratiæ, ut illius fiat participes. Ita Cyrillus Episc. 2. ad Donatum, ubi hæc scribit: *Preparans largitur spiritus nullis hincis præmitur, nec occurrentibus claudit, intra cœca metarum spatia refranatur: manas jugiter, excubet assuetor, nostrum tantum sitas pectus; & patens: quantum illuc fidelis capax affertur, tantum gratia inundante hauritur:* Ita etiam S. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. & D. Augustinus serm. 15. de verbis Apostoli, ubi aperte agnoscit dispositiones requiri ex parte adulti ad gratiam recipiendam, quod dicit: *Qui creavit te sine te, non te justificabit sine te.* Et postea addit: *fecit nescientem, justificat volentem.* Denique D. Bernardus lib. de

lib. de grat. & lib. arb. hæc habet: *Si tollas liberam arbitrium, non erit quod salvetur; si tollas gratiam, non erit unde salvetur: quæ hoc sine duobus effici non potest, uno a quo fit, altero in quo fit; quoque a solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest recipiens quam absque gratia danti.*

Ratio etiam suffragatur: Nam ut dicitur S. Thomas q. sequenti art. 3. Deus movet unumquodque secundum modum suum & naturam, ac proinde cum movet adultum de peccato ad justitiam, simul etiam movet liberum arbitrium ad eandem justitiam, & justitiæ fontem: quia homo adultus, ex natura sua, & modo operandi, est liber: liberum autem ita postulat moveri, ut se moveat, exceptis motibus primo primis, in quibus natum est moveri solum.

Quod vero etiam in parvulis aliqua requiratur dispositio, saltem concomitans, ad gratiam recipiendam, probatur ratione ejusdem S. Doctoris hic art. 2. & 1. p. q. 12. art. 5. Omne quod elevatur ad aliquid excedens suam naturam, debet disponi aliqua dispositione, maxime quando forma ad terminum elevatur, est perfecta, & per se primo intenta, ac terminus ultimus generationis: Sed homo per gratiam habituellem elevatur ad participandam divinam naturam: quæ participatio est supra naturam hominis, & terminus ultimus generationis spiritualis: Ergo oportet quod homo, five sit adultus, five parvulus, ad illam recipiendam disponatur. Dixi, quando forma est perfecta, & per se primo intenta, ac ultimus terminus generationis spiritualis: quia sicut in naturalibus indispensabiliter requiruntur dispositiones ad terminus substantiales, eo quod per se primo intenduntur, & sint terminus ultimus generationis naturalis, non vero ad formas accidentales, quæ ordinantur ad substantiales, ita in supernaturalibus non ad quamcumque formam requiritur dispositio, sed ad eas solum, quæ sunt perfecte & per se primo intentæ: unde quia essentia divina, comparata ad intellectum creatum in ratione speciei intelligibilis, habet rationem formæ ultimæ & principalis, constitutis in esse divino intelligibiliter, ideo requirit aliquam dispositionem, quæ est lumen gloriæ; ad ipsum vero lumen gloriæ, quod est forma quadam, non per se primo intenta, sed ad aliam ordinatam, non requiritur aliud quam potentia obedientialis passiva intellectus creati. Similiter licet ad gratiam actualem nulla requiratur dispositio ex parte hominis, quia illa est forma vitalis, & ad aliam ordinatam, ad habituellem tamen, quæ est forma perfecta, constitutis in esse divino participato, & ultimus terminus generationis spiritualis, requiritur aliqua dispositio ex parte recipientis, five ille sit adultus, five parvulus.

Quod autem in parvulis non possint dari alie dispositiones, quam virtutes infusæ, tam theologice, quam morales, patet referendo ac referendo alios dicendi modos, qui traduntur ab Auctoribus, & videntur absurdi, aut improbabilis. In primis enim quod ait Cajetanus hic art. 2. nimirum dispositiones ad gratiam in parvulis esse merita Christi, probabilitate caret: nam merita Christi sunt extrinseca recipienti gratiam, & potius causæ morales, quam dispositiones physice ad illam recipiendam. Similiter etiam sententia Cappæ & Paludani, afferentium dispositionem ad gratiam in parvulis esse characterem, rejicienda est: quia dispositio concomitans semper ac necessario formam comitatur, & ab ea inseparabilis est: character autem gratiam non comitatur necessario, sed sæpe sine illa reperitur: sicut etiam gratia fuit in antiquo lege sine characterem, & potest esse in Catechumenis, si de peccatis contrantur, aut Deum super omnia diligant. Item communiter rejicitur opinio quorundam antiquorum, qui dicebant animam parvuli preparari a Deo ad gratiam recipiendam, per oratum quemdam: nam ille oratus est omnino fictitius, & ab antiquis illis præcipue inventus, eo quod hæc duo aliter nescirent componere, scilicet sacramenta novæ legis physice justificare, & tamen gratiam produci per creationem ad quam non potest creatura etiam instrumentaliter elevari: unde dixerunt sacramenta non causare immediate gratiam, sed vel characterem, vel oratum quemdam ad gratiam disponentem, sique physice influere in justificationem: Omne autem sublatum penitus est illa difficultas, dum ab omnibus communiter docetur, gratiam non creari, sed de potentia obedientialis anime educi, ut visum est articulo precedenti.

Quare dicendum est, dispositiones ad gratiam in parvulis non esse alias, quam virtutes infusæ, tam theologicas, quam morales. Unde in adultis anima disponitur ad receptionem gratiæ, nedium per habitus, sed etiam per actus, quia illi habent usum rationis & libertatis: in parvulis vero per solos habitus, quia illi non sunt capaces dispositionum per modum actus secundum defectu libertatis. Hic dicendi modus valde rationi consentaneus est, nam sicut in naturalibus inferimus accidentia quedam disponere ad introductionem formarum, quia formæ illæ bene & connaturaliter se habent cum illis, nec possunt

connaturaliter sine illis subsistere: ita pariter colligi debet prædictas virtutes disponere ad gratiam, quia cum illis gratia bene se habet, & est in statu suo connaturali, illæ destructis periret, nisi miraculose a Deo conservaretur. Sicut ergo in naturalibus accidentia quedam dimanant naturaliter a formis, & sunt illis simpliciter posteriora, utpote in genere causæ efficientis ab eis procedentia, & tantum secundum quid, in genere scilicet causæ materialis dispositivæ, priora, ut docent communiter nostri Thomistæ, in Tractu de generatione & corruptione; ita virtutes infusæ dimanant physice a gratia, sicutque illæ posteriores in genere causæ efficientis, ac proinde simpliciter; & tamen sunt ea priores secundum quid, nimirum in genere causæ materialis dispositivæ.

Dico secundo, actus liberi arbitrii moti a Deo, esse dispositiones physicas, & ex natura rei, ad gratiam sanctificantem. Est contra Suarez, Lorcan, & alios extra Scholam D. Thomæ, afferentes tales actus esse dispositiones ad gratiam, duntaxat morales, & ex divina institutione.

Probat primo conclusio ex D. Thoma hic art. 2. ubi sic habet: *Preægitur ad gratiam aliqua gratia preparatio, quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita.* Ex quibus sic argumentor: Eam dispositionem D. Thomas requirit ad gratiam, sine qua nulla forma potest esse in materia: Sed dispositio sine qua nulla forma potest esse in materia, est physica, & ex natura rei requisita, ut patet, cum sine dispositione morali possit aliqua forma esse in materia: Ergo ad gratiam receptionem D. Thomas requirit dispositiones physicas, & non solum morales.

Probat secundo cum Conrado hic art. 2. Ordo & natura rei requirit ut qui per actualem motum gratiam amittit, & a Deo averfus est, sese per motum actualem ad Deum convertat, & gratiam consequatur: & nisi talem motum habeat, non fit aut censetur ad gratiam dispositus: Ergo talis motus est dispositio physica, & ex natura rei, & non solum moralis, ac ex institutione divina.

Probat tertio: Ille dispositio dicuntur physice, & ex natura rei, quæ vere & realiter coaptant subiectum ad formam, & habent necessariam cum ea connexionem, & impossibilitatem ac oppositionem cum forma opposita: Sed actus contritionis & caritatis habent omnes illas conditiones respectu gratiæ sanctificantis: cum enim sint ejusdem ordinis cum gratia, vere & realiter coaptant animam ad eam recipiendam; & cum penitentia & caritas sint proprietates gratiæ, ab ipsa dimanantes, actus ipsarum habent intrinsecam & necessariam cum ea connexionem, & infallibiliter ipsam trahunt: item cum actus caritatis, sit converso actualis in Deum, ut ultimum finem, habet indirectam saltem oppositionem cum peccato, quod ab ipso avertit, & cum illo est incompossibilis: Ergo actus contritionis & caritatis sunt dispositiones physice, & ex natura rei, ad gratiam sanctificantem.

Probat quarto: Omnis causalitas moralis reducit ad meritum, vel imperationem: Sed actus contritionis & caritatis non disponunt ad primam gratiam justificantem, per modum meriti, vel imperationis: Ergo ad illam non disponunt solum moraliter: Major conatur: Minor etiam quantum ad primam partem patet ob dicendum Tractu sequenti, ubi offendens primam gratiam actualem, vel habituellem, non potest cadere sub merito operum præcedentium. Probat vero quod secundam partem. Ad orationem non semper, nec infallibiliter sequitur effectus: Sed postis actibus contritionis & caritatis, semper, & infallibiliter sequitur gratia sanctificans, ut docet Tridentinum sess. 6. cap. 7. Ergo illi actus non se habent solum per modum imperationis ad gratiam obtinendam, sed vere realiter ac physice, ad illam obtinendam animam preparant, ac disponunt.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Obijces primo contra primam partem primæ conclusionis: Agens infinite virtutis nullam requirit dispositionem in materia: Sed Deus qui gratiam causat, est agens infinite virtutis: Ergo ad illam producendam nullas requirit dispositiones ex parte recipientis.

Respondet primo cum Divo Thoma hic art. 2. ad 3. agens infinite virtutis non præexigere dispositionem ab alio agente præsuppositam, bene tamen dispositionem quam ipsum faciat: Deus autem mediante gratia actuali, movente & applicante liberum arbitrium, actus contritionis & caritatis in nobis causat, licet non sine nobis ipsis cooperantibus.

Respondet secundo, agens infinite virtutis non requirere dispositionem propter impotentiam suam, sed propter recipientis conditionem: cum enim voluntas nequeat immutari per violentiam, sed proprio motu, ad immutationem quæ fit per gratiam, debet in adalto præsupponi,

ARTICULUS PRIMUS.

An sine peculiari revelatione homo possit esse certus certitudine fidei, vel Theologica, se esse in gratia?

§. I.

Præmittitur quod apud omnes est certum, & duplici conclusione proposita difficultes resolvitur.

Supponimus tamquam certum & indubitatum, aliquem hominem privatum certo posse cognoscere & credere se esse in gratia, si hoc specialiter revelatum fuerit: sicut fuisse revelatum Adamo in statu innocentie, & Angelis in statu vite, tenent plures Theologi: immo S. Thomas hic art. 5. docet aliquibus Sanctis esse speciale privilegio hoc intermedium revelari: Ut, inquit, sanctis gaudium in hac vita in eis incipit, & consensum & fortius magnifica opera persequuntur, & mala presentis vite sustinent.

Quæstio ergo procedit de via ordinaria, & circa hujusmodi privilegium, & movetur primo contra hujusmodi tenentis hereticos asserentes hominem in hac vita non tantum posse esse certum de sua gratia & salute, sed etiam teneri fide Catholica credere se esse justificatum. Secundo movetur contra Catharismum, qui episcopo de certitudine gratie docet justum posse discursu Theologico (deducto ex una propositione de fide, & altera lumine naturali nota) certo & evidenter cognoscere se esse in gratia: Pro veritate Catholica declaratione & defensione

Dico primo: nullus, seclusa revelatione, potest esse certus certitudine fidei se esse in gratia.

Hæc conclusio probari potest multis Scripturæ testimoniis, sed duo sufficient, quæ adducit D. Thomas hic art. 5. Primum quod habet in argum. Sed contra, sumitur ex cap. 9. libri Ecclesiasticus: Nescit homo naturam amorem vel odium dignum se: ubi de amore & odio Dei sermo est. & de homine iusto, ut colligitur ex verbis precedentibus, sunt iusti &c. Unde D. Bernardus Serm. 23. in Cantica: Terribilis est locus iste, & totus expertis quisquis: totus inhorret, si quando in eum reperit sum, illum apud me repletum cum tremore sententiam: Qui scit, si dignus amore, an odio, &c.

Secundum quod adducit in corpore articuli, habetur 1. ad Cor. 4. ubi Apostolus ait: Neque mox sua iudicio: nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum: qui autem iudicatur, Dominus est. Quem locum idem S. Doctor ibidem lect. 1. sic exponit: Nihil mihi conscius sum, id est non habeo conscientiam peccati mortalis: Sed non in hoc justificatus sum, id est non iustificatus ad hoc ut me iustum pronuntiet: quia peccator aliquis peccata in me latere quæ ignoro, secundum illud Psalm. 18. Delicta quis intelligit?

Nec obstat quod idem Apostolus (teste D. Thoma hic art. 5.) sciverit per revelationem se esse in gratia: nam vel quando prædicta verba protulit, adhuc non habuerat talem revelationem; vel si eam habuerat, ea non protulit, prout erat privata quadam persona, sed ut communem hominum persuasionem asserat, sicut cum dixit ad Rom. 7. Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, & mundanus sub peccato, quod enim operor non intelligo: aut si pro seipso ea protulit, hoc fecit attendendo ad communem modum cognoscendi propriam iustitiam, præcise privilegio specialis revelationis, quod habebat.

Probat secundum conclusio ex SS. Patribus, in eadem veritatem passim conspirantibus: Augustinus enim super hæc verba Psalm. 5. incerta & occulta sapientia tua manifestasti mihi, nihil tam incertum & occultum esse ait, quam quod Deus ignoscit peccantibus. Et lib. de perfect. iustitia post medium: Quærat, inquit, iustitia si peccator homo, vereri debet, ne aliquid in se, quod ipse non videt, culpandum inveniat. Gregorius Magnus lib. 6. Epist. 22. respondens ad Gregorium Augustum bicularium, quæ de remissione suorum peccatorum certior fieri vehementer exoptans, ad eum scripserat, hæc habet: Rem mihi difficilem, & tibi inveniuntur postulat: difficilem, quia indignus sum cui revelari immittatur a Deo, tibi inveniuntur quia securitas negligentiam parit. Item Bernardus Serm. 3. de adventu, de sua & proximi conscientia loquens: Nervus, inquit, facti mihi non, utraque obfusca infernalis, utraque mihi non est. Quibus testimoniis aperte liquet, SS. Patres multum ad hæc certitudine, quam præcant heretici abusu.

Notat etiam SS. Patres, & Scripturæ Interpretes, quod Scripturæ agens de remissione peccatorum, & respectu personarum particularium, semper adhibet particulam istam, forte: ut a nobis perniciosam hanc iustitiam propriam conscientiam amoveat: Daniel. 4. Peccata tua pleemolysis vobis, forsitan ignoscit Deus delictis tuis. Act. 8. Age penitentiam, & roga Deum, ut forte remittatur iniquitas tibi. Iona 3. Quis scit si convenerit Deus, & ignoscit.

Hæc

6 Hanc Scripturæ & SS. Patrum doctrinam confirmat definitio Tridentini sess. 6. cap. 9. dicens: Sicut nemo plus de Dei misericordia, de Christi merito, de quo sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum suamque propriam infirmitatem & indisciplinam respicit, de sua gratia formidare & timere potest; cum nullus scire valeat, certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum. Ubi Concilium non solum reprehendit & damnat dicentes, hanc fidem necessariam esse ad justificationem, sed etiam asserentes eam esse possibilem, ut patet ex illis verbis: Cum nullus scire valeat, &c.

7 Potest etiam suaderi conclusio ratione: Per fidem divinam ea solum cognoscimus, quæ vel in S. Scriptura, vel in traditionibus sunt revelata, & proposita ab Ecclesia, per Concilia, vel Summos Pontifices: Sed non est revelatum, nec ab Ecclesia propositum ut revelatum, quod aliquis sit in gratia: Ergo id non potest cognosci fide divina. Major patet: Minor probatur. Quamvis enim revelatum sit Deum parcere vere penitentibus, nulli tamen est revelatum, quod ille aut iste in particulari vere & sincere penituerit, & quod minister sacramenti penitentiam habuerit intentionem ipsam absolvere a peccatis: Ergo, &c.

Dico secundo: Non potest homo certo judicare se esse iustum etiam certitudine Theologica.

8 Probat ut breviter: Id dicitur certum certitudine Theologica, quod virtualiter continetur in aliqua propositione universaliter a Deo revelata, & nobis per Ecclesiam proposita: Sed hæc particularis propositio, Ergo sum in gratia, vel, Mihi sunt remissa peccata, non continetur virtualiter sub aliqua universaliter a Deo revelata, & nobis per Ecclesiam proposita: Ergo non potest esse certa certitudine Theologica. Major est certa. Minor probatur. Absoluta propositio particularis non continetur sub universaliter conditionata, quamvis non est certum conditionem esse completam in hoc individuo: Sed omnes propositiones generales de justificatione hominis, a Deo revelate, & nobis per Ecclesiam propositæ, sunt conditionales (Deus enim non promittit gratiam & veniam peccatoribus, nisi sub conditione quod vere & sincere peniteant) & nulli certo constare potest talem conditionem esse impletam: quandoquidem illa posita est in actibus internis conscientia hominis, qui nec in se videntur, nec per experientiam sufficienter ipsimet homini innotescunt; Ergo propositio ista, Ergo sum justificatus, non continetur virtualiter sub aliqua universaliter a Deo revelata.

9 Confirmatur: Certitudo Theologica vel potest esse quasi a priori, ex causis nostræ justificationis, vel quasi a posteriori ex effectibus ejus: Sed neutro modo haberi potest: Ergo simpliciter est impossibile, absque speciali revelatione. Major patet: Minor quoad primam partem probatur. Causa gratiæ in anima est triplex, scilicet Deus, minister sacramentorum, & actus proprii penitentis, qui sunt dispositiones ad illam: Sed nullas potest esse certus de dispositione Dei causantis gratiam in anima, secundum illud Job 9. Si venerit ad me, non videbo eum: si autem abierit, non intelligam: neque de efficacia sacramentorum, utpote quæ dependet ab intentione ministræ, quæ nobis occulta est, & ab ordinatione & intentione Episcopi ordinantis, & consentientis illi potestatem, de qua etiam non possumus habere certam notitiam: nemo etiam potest esse certus de propria dispositione, cum non possit certo cognoscere, an habeat verum dolorem de peccatis, ex motivo supernaturali, qui sit contritio vel saltem attritio: Ergo nemo potest habere certam cognitionem causarum gratiæ.

10 Quod vero eam a posteriori, & per effectus certo cognoscere nequeat, manifestum est: quia nullus est effectus habens cum gratia necessariam connexionem, certo & infallibiliter cognoscibilis, propter maximam conformitatem quam habent opera nature cum operibus gratiæ: mens enim humana (inquit Gregorius) sepe sibi mentitur, & fingit se bonum amare quod non amat, ut experientia compertum est.

11 Confirmatur: Inter omnia gratiæ indicia hæc duo sunt potissima, scilicet velle exponere vitam, seu subire martyrium, & nullius peccati mortalis habere conscientiam: Sed ex nullo istorum potest aliquis certo cognoscere se esse in gratia: Ergo id non potest certo scire a posteriori, seu ex signis aut effectibus. Minor probatur quoad primam, quia reperitur falsi martyrium, qui cum patient se ex vero laudabili motivo subire martyrium, ex aliquo tamen vitioso, sed relicto, aguntur in mortem, dumque existimant se perfecte relinquere seipsum, id quod habent pretiosissimum, scilicet vitam, profundando, modo subiliori seipsum committunt. Suadet etiam quoad secundum, Nam David & Paulus erant sine conscientia peccati mortalis, & tamen primus dicebat: Ab oculis meis mundus me Dominus secum vero exclamabat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Quæ verba expendens Hieronymus lib. 2. adversus Pelagianos, ait: Theod. Gess. Tom. IV.

Qui hoc dicebat; nullus inique peccati sibi conscius erat: sed quia legerat, Delicta quis intelligit; & sunt via quæ videntur vitro iusta, novissima autem eorum respiciunt in profundum inferni: idcirco temperabat sententiam: ne forte per ignorantiam deliquisset, maximo cum Scriptura retester; Est iustus qui perit in iustitia sua.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Obijcies primo contra primam conclusionem: Apostolus ad Rom. 8. ait: Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei: At testimonium S. Sancti est infallibile, eique fide Catholica tenemur assentiri: Ergo fide Catholica postumus ac tenemur credere, nos esse filios Dei, & per consequens justificatos, & in statu gratiæ. Unde August. lib. de vera penit. cap. 2. Non dicimus, inquit, dimitte nobis debita nostra, de peccatis, quæ remissa credimus in baptismo, nisi de fide dubitemus.

Respondeo verba Apostoli intelligenda esse de tota Ecclesia, cui S. Sanctus testatur quod habet spiritum adoptionis: non autem de singulis Christianis in particulari: confert enim Apostolus tota Epistola ad Romanos Ecclesiam cum Synagoga, contendens Ecclesiam habere spiritum adoptionis; Synagoga vero habuisset spiritum timoris. Si tamen velimus illud de fidelibus in particulari intelligere, dici poterit, Apostolum illis verbis non movere & excitare ad Deum ut patrem invocandum, ait enim: Quamvis Spiritus Dei aguntur, hi filii Dei sunt: hæc autem invocatio non procedit ex certa fide, quam uniusquisque fidelis habeat de sua iustitia, sed vel ex certa fide, qua credimus Deum esse patrem, qui nos vult in filios adoptare, si per nos non steterit, vel ad summum ex certitudine spei, qua confidimus Deum jam nobis remisisse peccata, & in filios adoptasse.

Ad testimonium Augustini dicendum est, quod ille per particulam (credimus) intelligit, confidimus, & existimamus: scilicet enim verbum illud credere, usurpatur pro arbitrari, atque confidere. Unde idem S. Doct. lib. 2. contra Cresconium c. 26. eandem sententiam expressit, & loco credimus, posuit confidimus: conscientia autem multum a certitudine fidei distat, cum testimonium probabile ad eam sufficiat.

Obijcies secundo: Ecclesia sancta non est magis certa de martyrio hujus hominis, quam ipse qui illud subit, & mortem pro Christo sustinet: Sed Ecclesia indubitata fide ascribit illum catalogo Sanctorum: Ergo & ipse Martyr fide Catholica cognoscit & credit se habere gratiam & sanctitatem.

Respondet Medina negando Majorem: quia (inquit) in canonizatione Sanctorum Ecclesia habet specialem assensum S. Sancti, ut nunquam decipiat. Sed argumentum non cogit ut ad hoc recurratur: nam vel loquitur de Martyre, dum actualiter suffert passionem, & nondum mortuus est, & sic non canonizatur ab Ecclesia; vel sit sermo de Martyre jam mortuo, & tunc certo scit se habere gratiam, quia experitur fructum martirii, tuncque solum canonizatur ab Ecclesia.

Obijcies tertio: In Symbolo Apostolorum nobis proponitur credendus esse articulus, remissionem peccatorum: Ergo uniusquisque credere debet suum peccatorum remissionem, ac proinde se esse in gratia, cum peccatorum remissio non nisi per gratiam fiat.

Respondetur quod articulus remissionis peccatorum qui nobis in Apostolorum Symbolo credendus proponitur, non est quod uniusquisque credat peccata sibi esse remissa, ut volunt heretici, sed quod sibi remittantur, si vere de illis peniteat, & ad iustitiam se disponat.

Obijcies quarto contra secundam conclusionem: Quoties aliqua propositio particularis evidenter proponitur vel deducitur ut contenta sub aliqua universaliter de fide, veritas illius creditur certo, certitudine saltem Theologica: At hæc propositio, Ergo sum in gratia, in universaliter est revelata in multis principiis, ex quibus evidenter deducitur: Ergo potest esse mihi certa certitudine saltem Theologica. Major patet: Minor probatur. Hoc est unum principium revelatum, quod scilicet qui sacramentum baptismi vel penitentiam recipit cum sufficienti dolore, consequitur peccatorum remissionem: At in particulari quis evidenti experimento potest cognoscere, se esse unum ex illis, qui cum sufficienti dolore baptizatus & absolutus est; nam de veritate sacramenti constat, de propria etiam dispositione potest esse certus, tum quia nemo est tam stupidus, qui attendat non possit evidenter cognoscere, quia fide, intentione, & affectu ad sacramentum accedat; tum etiam quia nunquam posset homo securus accedere ad sacramentum, si tam occulta esset congrua dispositio ad illud, ut eam nunquam certo cognoscere posset; Ergo, &c.

DISPUTATIO V.

De Certitudine Gratie.

D I Y S Thomas art. 5. hujus quæstionis 112. agit de certitudine gratiæ: unde ut ea quæ ibi docet exponamus, hæc disputationem subiungimus, in qua duo tantum examanda occurrunt. Primum est, an aliquis seclusa peculiari revelatione, possit esse certus certitudine fidei, vel Theologica, se esse in gratia, & mundatum ab omni peccato? Secundum, an saltem possit habere certitudinem moralem sus iustitiæ, quæ omnem formidinem excludat?